



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118529

Caput VII. Quid sit justificatio impii, & quæ ejus caussa?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

missionem peccatorum vestrorum, & acci-Sæc. XVI.
pietis Donum Spiritus sancti. Et: Eun- A.C. 1547.
tes ergo, docete omnes gentes, baptizantes Matth. 28.
eos, in nomine Patris, & Filii, & Spir- v. 19.
itus sancti: docentes eos servare, quæcumque mandavi vobis. Denique: Præparate I. Reg. 7.3.
corda vestra Domino.

CAPUT VII.

*Quid sit Justificatio impii, & quæ
ejus caufa.*

Hanc dispositionem, seu præparatio-
nem justificatio ipsa consequitur,
quæ non est sola peccatorum remissio,
sed & sanctificatio, & renovatio inter-
rioris hominis, per voluntariam suscep-
tionem gratiæ, & donorum: unde ho-
mo ex injusto fit justus, & ex inimico
amicus, ut sit hæres secundum spem
vitæ æternæ. Hujus justificationis cauf-
fæ sunt, finalis quidem gloria Dei &
Christi, ac vita æterna: efficiens vero,
misericors Deus, qui gratuito abluit,
& sanctificat, signans & ungens Spiritu
promissionis sancto, qui est pignus hæ-
reditatis nostræ: meritoria autem, di-
lectissimus Unigenitus suus Dominus
noster Jesus Christus, qui, cum esse-
mus inimici, propter nimiam charita-
tem, qua dilexit nos, sua sanctissima
passione in ligno crucis nobis justifica-
tionem

Sæcul. XVI. tionem meruit, & pro nobis Deo Patri
A.C. 1547. satisfecit: instrumentalis item, Sacra-
mentum Baptismi, quod est Sacramen-
tum fidei, sine qua nulli unquam con-
tigit justificatio: demum unica forma-
lis caufsa est justitia Dei, non qua ipse
justus est, sed qua nos justos facit, qua
videlicet ab eo donati renovamur Spi-
ritu mentis nostræ, & non modo reputa-
tur, sed vere justi nominamur & su-
mus, justitiam in nobis recipientes, u-
nusquisque suam, secundum mensuram,
quam Spiritus sanctus partitur singulis,
prout vult, & secundum propriam cu-
jusque dispositionem, & cooperatio-
nem. Quamquam enim nemo possit
esse justus, nisi cui merita passionis Do-
mini nostri Jesu Christi communican-
tur, id tamen in hac impii justificatio-
ne sit, dum ejusdem sanctissimæ passio-
nis merito, per Spiritum sanctum cha-
ritas Dei diffunditur in cordibus eorum,
qui justificantur, atque ipsis inhæret,
unde in ipsa justificatione cum remissio-
ne peccatorum, hæc omnia simul in-
fusa accipit homo per Jesum Christum,
cui inferitur, fidem, spem, & charita-
tem. Nam fides, nisi ad eum spes ac-
cedat, & charitas, neque unit perfecte
cum Christo, neque corporis ejus vi-
vum membrum efficit: qua ratione ve-
rissime dicitur fidem sine operibus mor-
tuam,

LIII.
Patri
cra-
nen-
con-
ma-
ipse
qua-
Spi-
epu-
su-
ut-
am,
ulis,
cu-
tio-
osfit
Do-
can-
tio-
lio-
ha-
um,
et,
lio-
in-
am,
ita-
ac-
ecte
vi-
ve-
nor-
m,

tuam, ac otiosam esse, & in Christo Je- Sæcul. XVI.
su neque circumcisionem aliquid vale- A.C. 1547.
re, neque præputium, sed fidem, quæ Jac. II. 20.
per charitatem operatur. Hanc fidem Gal. v. 6.
ante Baptismi Sacramentum ex Aposto-
lorum traditione catechumeni ab Ec-
clesia petunt, cum petunt fidem vitam
æternam præstantem, quam sine spe,
& charitate fides præstare non potest.
Unde & statim verbum Christi audiunt:
Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Matth. 19.
Itaque veram & Christianam Justitiam v. 17.
accipientes, eam, ceu primam stolam
pro illa, quam Adam sua inobedientia
sibi, & nobis perdidit, per Christum
Iesum illis donatam, candidam & im-
maculatam jubentur statim renati con-
servare, ut eam perferant ante tribu-
nal Domini nostri Iesu Christi, & ha-
beant vitam æternam.

CAPUT VIII.

*Quomodo intelligatur, impium per fi-
dem, & gratis justificari?*

Cum vero Apostolus dicit, justificari Rom. 3. 28.
hominem per fidem, & gratis; ea
verba in eo sensu intelligenda sunt,
quem perpetuus Ecclesiæ Catholicæ
consensus tenuit, & expressit: ut scili-
cket per fidem ideo justificari dicamur,
quia fides est humanæ salutis initium,
Hist. Eccles. Tom. XXXIX. L fun-